Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia, lat

Menardus <Eisnacensis>

[Basel], 1475

Incipit argumentum in epistolam ad philemonem

urn:nbn:de:bsz:31-313543

Visual Library

Stultas autem queſtiones. et genealogias ⁊ contentiones et pugnas legis deuita. Sunt enim inutiles ⁊ vane. Hereticū hominē poſt vnam et ſecundam correptionem deuita: ſciens quia ſubuerſus eſt qui eiuſmodi eſt: et delinquit cum ſit proprio iudicio condemnatus. Cum miſero ad te artemam aut thyticū: feſtina ad me venire nicopolim. Ibi enim ſtatui hyemare. Zenam legiſperitum et appollū ſollicite premitte: vt nichil illis deſit. Diſcant autem et noſtris bonis operibus preeſſe ad vſus neceſſarios: vt non ſint infructuoſi. Salutant te qui mecum ſunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide. Gracia dei cum omnibus vobis amen.

Explicit epiſtola ad thitum. Incipit argumentum in epiſtolam ad philemonem.

Philemoni familiares litteras facit pro oneſimo ſeruo eius: ſcribens ei ab vrbe roma de carcere per ſupraſcriptum oneſimū.

Explicit argumentum. Incipit epiſtola ad philemonem.

Paulꝰ vinctus criſti iheſu ⁊ thimotheꝰ frater: philemoni dilecto adiutori noſtro. et appie ſorori cariſſime ⁊ archippo cōmilitoni noſtro: ⁊ eccleſie q̄ in domo tua eſt. Gracia vobis et pax a deo patre noſtro: ⁊ domino iheſu criſto. Gracias ago deo meo ſemper memoriā tui faciens in orationibus meis audiēs caritatem tuam et fidem quam habes in domino iheſu et in omnes ſanctos: vt cōmunicatio fidei tue euidens fiat in agnitione omnis operis boni in criſto iheſu. Gaudium enim magnum habui et conſolationem in caritate tua: quia viſcera ſanctorum requieuerunt ꝑ te frater. Propter quod multam fiduciam habens in criſto iheſu imperandi tibi quod ad rem ꝑtinet: propter caritatem magis obſecro cū ſis talis vt paulꝰ ſenex nūc autē ⁊ vinctꝰ iheſu criſti: obſecro te pro meo filio quem genui in vinculis oneſimo qui tibi aliquando inutilˀ fuit: nunc autem et michi et tibi vtilis: quem remiſi tibi. Tu autem illum vt mea viſcera ſuſcipe. Quem ego volueram mecum detinere: vt pro te michi miniſtraret in vinculis euangelij. Sine conſilio autem tuo nichil volui facere: vti ne velut ex neceſſitate bonum tuum eſſet. ſed voluntarium. Forſitan enim ideo diſceſſit ad horam a te. vt eternum illum reciperes: iam non vt ſeruum ſed pro ſeruo cariſſimum fratrem: maxime michi. Quanto autē magis tibi: et in carne et in domino. Si ꝫ habes me ſocium: ſuſcipe illum ſicut me. Si autē aliquid nocuit tibi aut debet: hoc michi imputa. Ego paulꝰ ſcripſi mea manu. Ego reddā: vt non dicam tibi q᷑ et teipſum michi debes. Ita frater ego te fruar ī domino: refice viſcera mea in criſto. Confidens in obediencia tua ſcripſi tibi: ſciens quoniam ⁊ ſuper id quod dico facies. Simul ⁊ para michi hoſpicium: nā ſpero per orationes veſtras donari me vobis. Salutat te epafras cōcaptiuus meus in xp̄o iheſu: marcꝰ ariſtarchꝰ demas ⁊ lucas adiutores mei. Grā dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i cū ſp̄ū vr̄o amen

Explicit epiſtola ad philemonem. Incipit argumentum in epiſtolam ad hebreos.

In p̄mis dicēdū ē cur apoſtolꝰ paulꝰ ī hac ep̄la ſcribēdo n̄ ſuauerit morē ſuū: vt vel vocabulū nominis ſui vlˀ ordinis d̄ſcriberet dignitatē. Hec cauſa ē q̄ ad eos ſcribens q̄ ex circūciſiōe crediderāt q̄ſi gēciū ap̄lus ⁊ nō hebreoꝝ: ſciēs q̄ꝫ eorū ſupbiā. ſuāq̄ꝫ hūilitatē ipe d̄mōſtrās meitū officij ſui noluit anferre. Nā ſili modo etiā iohes ap̄lus ꝑpt̄ hūilitatē ī ep̄la ſua nomē ſuū eadē ratiōe nō ꝑtulit. Hāc ꝫ epiſtolā fertˀ apoſtolꝰ ad hebreos cōſcriptā hebraica lingua miſiſſe: cuiꝰ ſenſum et ordinē retinens lucas euangeliſta poſt exceſſum apoſtoli pauli greco ſermone compoſuit.

Explicit argumentum. Incipit epiſtola ad hebreos. Capitulum .i.